enim tuū videlicet cordis puritatē/ꝛ caritatē: ita in corde tuo debes figere et īmobilitˀ īprimere: vt nullo casu: nullo cōſilio: nullius imperio ab eo diſcedas: nec ab actu virtutis interiori vel caritate: ſ; oīa opa oīa exercitia ad finē debes dirigere/ et ad ipm ſemp oculū reflectere. Sicut eīm naute ꝙ portum ꝓ oculis non habent/ quo nauigāt: vage hincinde. nunc ad orientē: nūc ad occidentē ſm ventorum impulſꝰ nauigant et neſciunt ſi recedunt vel propinquant: ita eſt qui bona opera facit: et neſcit finem puritatꝭ: ſed ꝑmittit vitia in ſe dominari/ neſcit quantuꝫ in vera ſpirituali vita proficit vel deficit ¶ Ea vero que ſunt ad finem ita debemus in corde diſponere et ordinare prout melius poſſunt nos ad finemˀ caritatꝭ vlˀ puritatis ducere. Cum vero nos in tali fine puritatis vel caritatis impediunt libere relinquere. Nō enim ita debemus inſiſtere lectioni vel meditationi/ vt cum caritas exegerit/ non niſi cum murmure ꝛ triſtitia eam relinquamus/ incurrentes ſic triſticie vel alterius vicij impuritatem: propter quam extirpandam/ ſacra lectio vel meditatio fuerat arripienda.

¶ Nec in talibus exercitijs/ ita ex toto debemus eſſe fixi/ ſicut in fine. ſed quando caritas exigit/ vel obedientia: humiliter ad tempus non ad ſemper deſerere. Que eniꝫ: ſecundum Bernardum: pro caritate ſūt inſtituta: contra caritatem nō debent militare.

¶ De tribus aſcenſionibus contra tres deſcenſus premiſſos iterum reducentibus ad locum rectitudinis. ¶ Capi. xj.

Nunc de aſcenſionibꝰ qbꝰ aſcēdere et redire
debeas/ reſtat ſbſequēt dicere. Audiſti aūt
priꝰ ꝙ tribꝰ deſcēſionibꝰ q̄ſi tribꝰ lōgiſſimiſ
dietis a loco in quo te dn̄s poſuit receſſiſti: ita nihil/
ominꝰ tribus aſcēſionibꝰ illuc neceſſe ē te redire.
Prima aūt aſcēſio ipa ē q̄ aſcendis iteꝝ ad cor tuū.
Lōge enī egreſſus es a corde tuo ꝑ peccata. nec po-
tes ſpūali exercitio ī corde ꝓficere niſi r̄deas ad cor.
Uñ ꝓpħa admonet. Redite p̄uaricatores ad cor.
Scd̄a aſcēſio cū iā ad cor redieris: aſcendas de cor-
de īpuro ꝑ cōcupiſcentias ad cor purū: ⁊ hmōi aſcē-
ſio ē puritas cordis et caritas/ ⁊ trāſit ꝯ ſcd̄m deſcen
ſū. Tertia aſcēſio equidē ipa ē in corde: q̄ videlicꝫ aſ
cendis ꝯ inordinatas affectiōes īnatas ab Adā/ vel
iaꝫ inolitas a teipo/ et hec p̄ncipalꝰ ordinari pōt ꝯ
primū deſcenſū.

De prima aſcenſiōe cōtra peccatū mortale: et de tribus gradibꝰ huiꝰ aſcēſiōis: et de cōtritiōe. Ca. xij.

Nunc igit̄ ſurge et ſurſū aſcēde: incipe ad cor
tuū ꝑgere. Sicut aūt peccatuꝫ mortale/ tri-
plici deſcenſu cōpleuiſti. Naꝫ auerſus es a
creatore tuo ꝑ ſupbiā in qua ē formalis rō pcti: con
uerſus es ad creaturā ꝑ delectatiōem: ac deinde per
opatiōes ꝯ legē diuinā dei tui trāſgreſſꝰ es p̄ceptū.
Ita tribꝰ ḡdibꝰ oportet te cōtrario aſcēdere. Primo
vt auertas cor tuū a creaturis et a pctīs: et habeas
quādam cordis firmā auerſionē/ ⁊ firmū qd̄dā ꝓpo
ſitū deo tuo ſeruiēdi/ et nūq̄ꝫ te creaturis ꝑ illicitam